

60. (68) Item indulgetur religiosis, quod possint percipere decimas novalium in forma communi pro ea portione^a, qua percipiunt veteres ex privilegio. — Legatur.

61. (31)^b Item quando reus excommunicatur a delegato pro contumacia, committitur absolutio excommunicatori vel ordinario, quando expiravit iurisdictio excommunicantis. — Dentur.

62. (32) Item quando reus dicit impetratum esse contra se ad unum iudicem, dummodo ad litis contestationem non sit processum in causa, additur unus iudex officio auditoris et alter ad instantiam rei. — Dentur^c.

63. (69) Item quando aliquis rite excommunicatus moritur non absolutus nec precedant signa penitentie, exhumari mandatur. — Legatur.

64. (70) Item si fuerint in eo penitentie signa et morte preoccupatus^d fuerit, sepeliri mandatur debita absolute premissa. — Legatur.

65. (33)^e Item indulgetur collegiis ecclesiarum secularium, quod possint redimere decimas de manibus laicorum de consensu rectoris parrochialis et diocesani. — Dentur^f.

66. (71) Item indulgetur prelatiis et locis ecclesiasticis, ut non teneantur ad solutionem debitorum, nisi probaverint creditores etc. — Legatur^g.

67. (—)^h Item si prelati obligent se providere alicui clerico de beneficio, compelluntur promissionem servare et solvere pensionem subtractam medio tempore et cavere, quod iuxta promissionem persolvant in futurum. — Legatur.

68. (72) Item datur etiam littera de sola pensione subtracta. — Legatur.

69. (34) Item compositiones et arbitria rite lataⁱ confirmantur 'sicut provide'; et si agatur de decimis vel spiritualibus rebus, additur 'et in alicuius preiudicium non

a) 'ratione' B 2. b) Fehlt B. c) 'legatur' C. d) Danach 'non precedens penitentie si' C 3. e) In B 2 sind n. 65 und 66 ver-
stellt. f) Fehlt B 1, 'legatur' B 2. g) Fehlt B 1, 'dentur' B 2.
h) Fehlt D. i) 'lata irrite' C 3.

64. Beispiel bei Teige S. 88 A. 2 aus Marinus von Ebulo.

69. Vgl. die Bestätigung des Diploms Ottos II. DO. II. 50 für die Kirche von Köln durch Innocenz IV. 1254 Sept. 27, Finke, Westfäl. UB. 5, 248 n. 542 und 543: 'quod . . . provide factum est et in alterius preiudicium non redundat, ratum habentes . . . confirmamus. Vgl. auch oben n. 20.